

POST TRES DIES — non finitos, sed inchoatos, id est intra tres dies, vel tercia post die. Ita ipsi met se explicant dum subdunt: « Jube ergo custodi sepulcrum usque in tertium diem. »

64. **JUBE ERGO CUSTODI SEPULCRUM USQUE IN DIEM TERTIUM, NE FORTE VENIANT DISCIPULI EIUS, ET FURENTUR EUM, ET DICANT PLEBI: SURREXIT A MORTUIS; ET ENIT NOVISSIMUS ERROR PEJOR PRIORE.** — « Cupientes, et S. Chrysostomus ostendere, etiam antea impostorem fuisse, ad sepulcrum usque malitiam extendunt et producent. » Videtur hi principes velenae timuisse ne Jesus resurgeret, ideoque custodes milites posuerunt, qui resurrectionem impediunt, aut resurgentem comprehendant iterumque occidant. Nam quod de discipulis eum furatibus subjiciunt, pretextus era timoris; sciebant enim discipulos plane pavidos et consternatos fugisse, nec tali quid cogitaturus vel suos.

ER ERIT NOVISSIMUS ERROR PEJOR PRIORE. — « Error vocant doctrinam Evangelicam, qua docet Jesus esse Christum Dei Filium et Salvatorem mundi, quod prius vivere docerat Jesus. Hie ergo erat error prior. Posterior sive noviissimus, quod ipse a mortuis resurrexisset, hunc dicunt fore pejor priore, tum quia confirmabat priorem; si enim Jesus resurrexit, ergo fuit Filius Dei, ut ipse predicavit: si enim falsum predicassem, Deus eum non resuscitasset; tum quia multos habebit sequaces et ascelas, si credatur eum resurrexisse, ac semel infixus hec opinio mentibus hominum, deinceps evelli non poterit; tum denique quia crebat odium et invidiam pontificibus et Romanis, quod dum injuste occiderint; quare causa erit, ut multi eos aversentur, ac forte ut bello vel rebello necem Jesu uilescantur. Quocirca satius fuisset cum non occidere, quam permittere ut occisus resurrexisse putetur. Diabolus enim prævidens futuram Ecclesiam Christi, puta multitudinem, fidem et sanctitatem fidelium Christi — agacium, eam jam nascentem per Iudeos hie quasi in semini elidere et suffocare conabatur. Verum non est consilium contra dominum, » Proverb. xxi, 30.

65. **ATILL PILATUS: HABETIS CUSTODIAM, ITE, CUSTODITE SICUT SCITIS.** — « Custodiā, » scilicet militum, id est custodes milites, q. d. Habetis milites a me neri deputatos, vobisque datos ad Iesum crucifigendum, eumque in cruce usque ad mortem custodiendum; nunc concedo ut illis utamini ad custodiendum eum jam sepultum. « Custodiē » ergo eum sicut scitis, id est optimam ratione et modo, quem nos, q. d. Modum custodiendi vestra scientia et prudentia permitto, ego amplius huic cause immiscere me nolo: « Tantum quod rebus ipsis eductos, ait S. Chrysostomus, amplius ipsis cooperari non vult. »

Pro « habetis, » Graece est *τίττε*, quod alii vertunt quasi imperativum, « habete, » id est accersite custodes. Nervosius Noster verit in presenti « habetis: » jam enim haberant milites custodes Christi in cruce, quos Pilatus eis dederat. Unde Arabicus verit: *Apud eos sunt custodes, ite et claudite sepulcrum sicut scitis.*

66. **ILLI AUTEM ABERUNT, MUNIERUNT (Arabi-
cus, clauserunt) SEPULCRUM, SIGNANTES LAPIDEM, Sepul-
cum custodie. — Munierunt ergo Christi sepul-
crum duplice munimento, scilicet custodia militi-
tum, quos assidue vigilare et seplerum circum-
dare jusserunt, et obsignatione lapidis.**

SIGNANTES — Graece *σημαντάνει*, id est obsignantes, signillantes, scilicet annulo, non Pilati, ut inquit S. Chrysostomus, sed suo; scilicet annulo urbis Hierosolymae, vel annulo summi Concilii ipsorum, quod « Sanebris » vocabatur, a ne a quo lapis a sepolcro non moveret et corpus Christi extra posset, quin id ipsum ex sigilli violatione reprehenderetur. Simile fecit Darius rex Danieli in lacu Leonum, scilicet a obsignaverat os lacus annulo suo et anno optimatum suorum, i. Daniel. vi, 47. Addit Nicophorus, lib. I, cap. xxxii, et Beda, *De locis sanctis*, Judaeos utrumque seplcri lapidem perforasse, et vinculo ferreo contrinxisse. Ibi ipsi dum Christus resurrexit omni modo conantr exulum occludere, auxerunt miraculun et fidem resurrectionis ejus, testimonium. Deo ab hominibus ipsis *torquente*. Ita S. Chrysostomus: « Certa, ait, resurrectionis demonstratio per ea quae vos ipsi procurastis, redita est. Si enim obsignatus fuit seplcrum, fraudi et dolo nullus locus relinqebatur: quod si nulla fraus admissa fuerit, seplcrum vero repertum est vacuum, perspicuum est, quod procul dubio et circa controversum resurrexit: vi- des quomodo vel inviti veritatis adjutent demonstrationem. » Et S. Hieronymus: « Non sufficerat, inquit, principibus Sacerdotum et Scribis ac Phariseis crucifixisse Dominum Salvatorem, nisi seplcrum custodirent, cohortem acciperent, signarent lapidem, et quantum in illis est, manum opponenter resurgenti, ut diligenter eorum nostra fidei proferent. Quanto enim magis reservatur, tanto magis resurrectionis virtus ostenditur. »

Tropologicus noster Barradius: « Ex hoc facto implororum, inquit, discamus pietatem: postquam Christi corpus ex altari in pectus velut novum seplcrum excipimus, diligenter adhibeamus custodiā, ut in eo semper per gratiam permaneat, neque unquam nos deserat. Vigilantes apponamus milites, hoc est vigilantes virtutes, que somnum, id est ignaviam, a nobis repellant; plusquam ferreo instrumento nos astringamus, hoc est, adamanito non peccandi decreto pectus muniamus. »

CAPUT VIGESIMUM OCTAVUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Magdalena cum sociis visit Christi seplcrum. Angelus ab eo lapidem amovet, ac custodes percidiunt, mulieribus vero Christum resurrexisse assert. Redeunt illae id ipsum nuntiatura Apostolis. In itinere occurrit illis Christus jubetque ut illud tisden annuntient. Judei, data pecunia, persuadent custodiā, ut dicant, ipsis dormientibus, Apostolos furatos esse corpus Christi. Denique, vers. 16, Christus apparet discipulis in monte Galilaeo, eosque mittit ad baptizandum et docendum omnes gentes.

1. Vespere autem sabbati, que luccescit in prima sabbati, venit Maria Magdalene, et altera Maria, videre seplcrum. 2. Et ecce terra motus factus est magnus. Angelus enim Domini descendit de celo; et accedens revolvit lapidem, et sedebat super eum: 3. erat autem aspectus ejus sicut fulgar, et vestimentum ejus sicut nix. 4. Prae timore autem ejus exterriti sunt custodes, et facti sunt velut mortui. 5. Respondens autem angelus dixit mulieribus: Nolite timere vos; scio enim quod Jesum, qui crucifixus est, queritis: 6. non est hic; surrexit enim, sicut dixit; venite, et vide locum ubi positus erat Dominus. 7. Et cito euntes, dicitе discipulis ejus quia surrexit, et ecce praecedet vos in Galilaeam; ibi eum videbitis. Ecce praedixi vobis. 8. Et exierunt cito de monumento cum timore et gaudio magno, currentes nuntiare discipulis ejus. 9. Et ecce Jesus occurrit illis, dicens: Avete. Illae autem accesserunt, et tenuerunt pedes ejus, et adoraverunt eum. 10. Tunc ait illis Jesus: Nolite timere; ite, nuntiate fratribus meis ut eant in Galilaeam; ibi me videbunt. 11. Quae cum abiissent, ecce quidam de custodiis venerunt in civitatem, et nunquam taverunt principibus Sacerdotum omnia quae facta fuerant. 12. Et congregati cum seniis, consilio accepto, pecuniam copiosam dederunt militibus. 13. dicentes: Dicite quia discipuli ejus nocte venerunt, et furati sunt eum, nobis dormientibus. 14. Et si horum auditum fuerit a praeside, nos suadehimus ei, et securos vos faciemus. 15. At illi, accepta pecunia, fecerunt sicut erant edocti. Et divulgatum est verbum istud apud Iudeos, usque in hodiernum diem. 16. Undeinde autem discipuli abiurunt in Galilaeam, in moniem ubi constituerat illis Jesus. 17. Et videntes eum, adoraverunt; quidam autem dubitaverunt. 18. Et accedens Jesus, locutus est eis, dicens: Data est mihi omnis potestas in celo, et in terra. 19. Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti: 20. docentes eos servare omnia quæcumque mandavi vobis. Et ecce ego vobisum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi.

Vers. 1. 1. VESPERE AUTEM SABBATI, QUE LUCESCAT IN
Luc. PRIMA SABBATI, VENIT MARIA MAGDALENE, ET AL-
XIV. 1.
Mar. TERA MARIA (Jacobi, de qua cap. XXVII, vers. 36
XIV. 2; et 61), VIDERE SEPULCRUM. — Syrus: Vesper in
Iona sabbato, cum exortura esset prima hebdomadis;
XV. 1.
Arabicus: In *σαββατον* una sabbatorum, lucescente
prima sabbatorum, venit Maria Magdalena, etc.

Ante-
pis. hic
difficil-
solvitur.
Principio
vesper
vel
sunt
veneris
tempore
et
mane:
quare
Evangelistas
narrare
alias et alias
exundi
vices.
Secundo:
narrare
alias et alias
exundi
vices.
Tertio:
Baronius per «vesperam» intelligit stel-
lulas
Jam Veneris, quæ dicitur Lucifer, Graece *λύκειος*.

Latine *Vespera*, et a Varrone *Vesperugo*, q. d. Cum Lucifer mane ante solem oriretur, venit Maria Magdalena ad Christi sepulcrum. Hec enim stella, emula solis et luna, vespere sequitur solem occidentem, ac præ aliis stellis prima luet, unde vocatur *Hesperus*; mane vero precedit solem orientem, unde vocatur *Lucifer*, quia auroram et lucem dii affert. Verum hanc stellarum non significat Grecum ἡμέρα, nec Latinum *Vespere*.

Dico ergo, *vespere*, sive *vespera sabbati*, esse noctem que sequatur sabbatum, que nox lucescit, id est terminatur et desinit in lucem, in prima sabbati, id est mane diei Dominicæ, que prima dies est post sabbatum. Ita Nyssenus, orat. 2 *De Iesu*, S. Augustinus, lib. III *De Cons. Evang.*, cap. xxi; Theophylactus, Euthymius, S. Thomas et alii. Id ita esse patet: *Primo*, ex Marco, qui clare ita explicat, dicens: « Et cum transisset sabbatum. » *Secundo*, quia solet Mattheus multa breviter et paucis perstringere. Sic hic perstringit tempus quo convenuerunt mulieres ha amore Christi ferventes, sessique compararunt emendo aromata ad visendum et ungedeum Christum jam sepultum, quod erat vespера, sive statim transacto sabbato, quo ab hoc opere aliquis juxta legem debuerat quiescere. Volut quoque indicare tempus quo ad sepulcrum venerunt, quod fuit illucescente die Dominicæ. Unde Rahanus: « Vespere, ait, venire coeperunt, paraverunt enim aromata, sed lucentes mane perveruntur. » Nam et ante sabbatum in fine Paraseves, sive ferie sextæ, statim post mortem et sepulturam Christi, sed ad eum ungedum comparare incipiebant. Hoc enim est quod ait Lucas, cap. xxiii, vers. 56: « Et revertentes (a Christo jam sepultum) paraverunt aromata et unguentia; et sabbato quidem quieverunt secundum mandatum, una autem sabbati valde diluculo venerunt ad monumentum, portantes que paraverant aromata. » Et Marcus, cap. xvi, 4: « Cum transisset sabbatum, ait, Maria Magdalene, et aria Jacobi, et Salome emerunt aromata, ut venientes ungenter JESUM, et valde mane una sabbatorum veniunt ad monumentum orto jam sole. » Marcus enim solet esse interpres Matthæi. *Tertio*, idipsum patet ex Greco ἡμέραν, quod duplice verbis: *Primo*, « sero sabbatorum, » seu transacto jam sabbato, cum jam profunda essetnox, ita ut inciperet desinere et lucescere in mane diei Dominicæ: *secundum* enim significat sero, tarde, ad extremum, longe post, diu post transactum sabbatum. Hebrei enim sabbatum alia festa inchoabant a vespera precedente, et terminabant in vespera sequente, Levit. xxiii, 32; quare hec nox sequens non erat nox finiens sabbatum, sed inchoans diem Dominicam. Rursus *idem* est quod vespere, vel vespéra, ut veritatem Noster et alii passim. Sic *τελεία*, idem est quod vespere diei, teste Budæ et alii. Jam *vespere*, id est nox. « Vespere enim est nox quam lux terminat, » ait S. Augustinus.

Unde S. Prosper in *Sentent.*, sentent. 203, et S. Augustinus: « Vespere, ait, Dominus in cruce mane in resurrectione, meridi in ascensione, » Hebrei enim vespere vocant noctem, quia noctis initium est vespere. Unde, *Habacuc* cap. 1, lupi vespertini vocantur nocturni, qui noctu grasantur. Hinc Hebr. בְּנֵי ἥρεβ, id est vespere dicitur ab בָּנָי arab, id est obtenebrescere, obscurare, quod facit nox.

Juxta prius ergo *ἡμέραν* significatum sensus est, q. d. Serò, sive diu post transactum sabbatum, sive profunda jam nocte, cum illecesceret dies Dominicæ, venit Maria videre sepulcrum. *Juxta* posterius vero *ἡμέρα* fere sensus est, q. d. Vespere sabbati, id est nocte que sequitur sabbatum, jam valde procedente ad aurum, cum scilicet illesceret dies Dominicæ, venit Maria, etc.; « appetente scilicet jam die, prospectante et oriente, » ait Euthymius, hoc est in aurora et diluculo Dominicæ. Audi S. Augustinum loco jam citato: « Sit itaque dictum est: Vespere sabbati, ac si diceretur: Nocte sabbati, id est nocte que sequitur diem sabbati, quod ipsa verba ejus satis indicant. Sic enim ait: Vespere autem sabbati, que luescit in prima sabbati, quod fieri non potest si tantummodo primaria noctis particulum, id est solum initium noctis, intellexerimus dicto vespere significatam. Neque enim ipsum initium luescit in prima sabbati, sed ipsa nox que luce incipit terminari. Nam terminus primæ partis noctis, secundæ partis initium est: lux autem terminus totius noctis est. Unde potest fieri vespere lucescens in prima sabbati, nisi nomine vespere nox ipsa intelligatur, quam lux terminat? »

Indicat ergo Mattheus, quod mulieres ha nocte paraverint unguenta, sed oriente diluculo venerint ad sepulcrum, ut habet Lucas, Joannes et Marcus. Dices: Joannes addit eam venisse « mane cum adhuc tenebras essent. » Respondeo: Id quoque verum est, quia erat aurora sive diluculum quando needum sole, sed radiis ejus ad montes vel nubes reflexis apparentibus, adhuc aliqui in aere restant tenebrae. Aurora enim est continuum lucis et tenebrarum; aut certe tenebrae erant dum domo egressa sunt, lux autem et sol ortus, ut habet Marcus, cum venerunt ad monumentum. Ha Dionysius Alexandrinus, epist. ad Basilidem.

Aliam causam, sed symbolicam dat B. Petrus *Chrysologus*, serm. *De Resurrect.*: « Erant, ait, iuxta naturam tenebrae, et tamen dicunt oritur pars pro parte sole, quia eo die (quo Christus resurrexit) sol quasi Christo resurgentem congratulans, antelucanus fuit, et prius solito exortus est. » Ita ipse, penes quem hiujus rei fides sit. Favet Chrysologo Remigius dicens: « Prædicatur noctis illius dignitas: alioquin enim vespere non lucescit in diem, sed obtenebretur in noctem; sed dominus noctem illam totam luce sue resurrectionis festivam et coruscam reddidit. »

SABBATI. — Graece est ἡμέραν, id est sabbatorum, hoc est sabbati, ut veritatem Noster, Syrus, Vatibus et alii; imo sic habet Evangelium Hebrewum Matthæi, quod circumferatur, scilicet שַׁבָּת sabbat, id est sabbati. Num sabbatum in Scriptura sepe vocantur sabbata in plurali, tunc quia sabbatum crebro et plures per singulos annos et menses recurrebat, erantque plura sabbata, scilicet quolibet mense quatuor, quilibet anno 32: queque enim hebdomada summa habebat sabbatum; tunc quia in sabbato multa videntur sabbata, id est quietes multæ; quiescendum enim erat ab omni omnino opere: sanctificandum enim erat festum sabbati. Sic Lucas, Act. xii, 14, it: « Ingressi synagogam die sabbatorum, » id est die sabbati. Et cap. xvi, 43: « Die autem sabbatorum (id est die sabbati) « egressi sumus. » Hinc et omnes quatuor Evangelisti hoc 10.3. in Graeco, vers. 1 vel 2, sabbatum vocant sabbata in plurali, quod alias vocatur ἡμέραν in singulari, per, non per, ut nonnulli putarunt. Addit tertiam ratione huius loco propriam, minimum sabbatum hoc vocari sabbata in plurali, quia magnus erat hic dies sabbati, ut ait Joannes, cap. xvii, vers. 31; tunc quia erat hoc sabbatum paschale, sive incidentis in hebdomadam Pasche, quæ tota erat festa; tunc quia hoc sabbato Christus Dominus regnauit in sepulcro, aeo exacto resurrexit.

QUE LUCESCAT. — Dices, cur dicit: « quæ, » Diendum enim erat quæ scilicet vespérus, ut præcessit. Respondeo: Dicit « quæ? » quia respicit non ad nomen significans, sed ad rem nominis significatam. Graecum enim *ἡμέρα*, id est vespere, sero, tarde, significat vespérus sive noctem, que terminatur et lucescit in aurora sequenti diei Dominicæ: alioquin præcise loquendo ἡμέρα, sicut et *τελεία*, non est nomen, sed adverbium, quod tamen in se includit et significat nomen, scilicet vespérus et noctem, ad quam referunt pronomen *quæ*. Rursus *τελεία* potest accipi ut nomen, quod non tantum masculini est generis, sed et feminini, ut patet ex illo Virgilii, 1 Georg. :

Illic sera rubens accendit lumina vespérus.

Ita Ambrosius Calpinius, licet alii *τελεία* referant ad lumina. Ergo *τελεία* referit ad vespérus, id est vespérus sive noctem, que lucescit, id est desinit in lucem sequentis diei.

Hinc liquet has mulieres venisse ad sepulcrum in aurora et diluculo: ad hoc enim urgebat eas tum amor Christi, ut ad eum festinarent et diem prevenirent; tum timor Iudeorum, ne, si claræ luce venissent, a Iudeis Christo infensis vise, male ab eis fuissent accepti. Porro, directe Matthæus hic narrat tantum tempus adventus mulierum ad sepulcrum; indirecte tamen innuit quo tempus quo Christus resurrexit, scilicet in aurora paulo ante adventum mulierum, ut

habet communis Doctorum et Ecclesiae sensus, quem S. Hieronymus et S. Augustinus probant ex *Psalm. lvi*, 9: « Exurgam diluculo; » et Eusebius, lib. X *De Demonst. Evang.*, cap. ult., diluculum *Psalm. xxi*: « pro susceptione matutina, » interpretatur de resurrectione Christi, quæ mane est peracta.

Communis ergo sententia est, Christum post medium noctem ante solis ortum die Dominicæ resurrexisse: aliquo enim a mulieribus inventus fuisset mortuus; idque ad hoc, ut, sicut ante 33 annos eodem tempore erat natus ex B. Virginie, et iam renatus per resurrectionem, novus justitiae Sol orbi illesceret. Unde et olim Christiani post medium noctem in die Pasche, solvent jejunium et vigiliarum cunctum ac magna letitiae signa edebant. Ita Euthymius.

Porro, non videtur Christus statim a media nocte resurrexisse. Nam Marcus, xvi, 9, pressius at Christum mane resurrexisse, idque plerique Patres docent, quos citat Suarez, III *part.* disp. 46, sec. 2, imo Ecclesia in hymno Paschalium dum ita orditur: « Aurora lucis rutilat, etc. Cum rex ille fortissimus, pede conculcans tartara, etc. Victor surgit de funere. »

IN PRIMA SABBATI. — Id est die prima post sabbatum, id est die Dominicæ. Hebrei enim a sabbato, utpote sanctissimo, denominabant omnes hebdomade dies. Sic secunda sabbati, id est post sabbatum, erat feria secunda; tercia sabbati, erat feria tercia, sive dies martis, et ita de ceteris. Hinc tota hebdomada: vobatur quoque sabbatum, ut *τελεία*. His in sabbato, id est in hebdomade, *Lucus xviii*. Sic hic « prima sabbati » accipi potest prima dies hebdomadæ, puta Dominicæ, de cuius veneratione et cultu ita scribit S. Augustinus, serm. 231 *De Temp.*: « Dominicæ diem Apostoli et Apostolici viri, ideo religiosa solemnitate habendum sanxerunt, quia in eodem Redemptor noster a mortuis resurexit. Qui ideo Dominicus appellatur, ut in ea a terrenis operibus vel mundi illecebris abstinentes, tantum divinis cultibus serviamus, dantes scilicet huic die honorem et reverentiam, propter spem resurrectionis nostræ, quam nabemus in illa. Nam siue Dominus resurrexit a mortuis, ita et nos resurrectores speramus, » etc. Idem: « Dominicus, ait, dies est primum dies saeculi, in ipso formata sunt clementia mundi, in ipso creati sunt angeli. » Plura vide apud eundem, serm. 234.

MARIA MAGDALENE, ET ALTERA MARIA. — scilicet uxor Cleopæ, et mater Jacobi. Ha fuere duces et antesigniores celatarum qua. Christum committi solebant: plures enim alias fuisse patet ex *Luz. xxiii*, 33 et seqq., ubi inter alias nominat Joannem, uxorem Chuse, procuratorem Herodis, et Marcus addit Salomon. Porro, hisce non aderat B. Virgo Deipara, quia certo sciebat et expectabat Christum eodem die resurrectum: unde sciebat unctionem hanc fore frustraneam.

Moraliter : disce hic Christum se suamque gratiam et gloriam revealare animabus illis, quæ ipsum boni operibus orationis, ponentie, charitatis ungere satagunt, ut in illis illas animet et roboret. Unde S. Gregorius, hom. 21 : « Illæ mulieres, ait, angelos vident, quæ cum aromatis venerunt, quia videlicet illæ mentes superniores aspicunt, quæ cum virtutum odoribus ad Dominum per sancta desideria proficiuntur. »

VideHE (Graec. θεραπεία, id est spectare, contemplari) — SEPULCRUM, — ut scilicet Christum ungere, uit ait Marcus, xvi, 2. Ad hoc enim cum Christus a Josepho sepeliretur, spectarunt et considerabant formam et modum quo Christus collucens erat in sepulcro, scilicet ut, post sabbatum redeentes, possent commode et decore eum ungere. Quare verisimile est eas nescivisse de custodia militum a Iudeis adhibita sepulcro, deque ejus obsignatione, sed antequam haec duo fieren, illas a sepulcro domum rediisse. Nam si haec duo scivissent, non ause fuissent venire ad sepulcrum, ne in custodes incident, multo minus sigillum effingentes. Sed Deus ipsi insciis, ante carum adventum, utrumque hoc impedimentum amovit, ut patet ex sequenti. Hinc adisse heroica opera ambi ad Dei gloriam, ac certo confidere quod Deus obices omnes obstantes vel tollet vel superare nos faciet.

Mystica Beda, in cap. xxiv Luce : « Per hoc, quod mulieres valde diluculo venient ad monumentum, datur nobis exemplum, discussum vitorum tenebris. » Ad Domini corpus accedere. Nam et sepulcrum hoc figuram Domini habebat altaria, in quo corporis Christi mysteria non in serico, non panno tincto, sed instar sindonis, quo eum Joseph involvit, in linteo vero debent consecrari : ut, sicut ipse veram terræ nature substantiam pro nobis morti obtulit, ita et nos in commemoratione ipsius, purum de terra germinem, candidumque, et multimodo quasi mortificationis genere castigatum, altari lumen impomamus. Aroma autem quæ mulieres defuerunt, significant odorem virtutum et orationum suavitatem, quibus altari appropinquare debemus. »

Series
passione
et resurrec-
tione
Christi.

Nota : Hec fuit series resurrectionis a Christi. Primo, Christus in Passione fuit per 18 circiter horas. Nam feria quinta ad vesperam comedit agnum, lavit pedes, instituit Eucharistiam, et prolixum habuit sermonem de charitate, Joan. xii et seq., ac tandem ivit in Gethsemani : que omnia facile exigunt tres horas. Quare sub horam noctis tertiani in Gethsemani exopt contrariari et orare, et calix transire a se. Inde, si computes horas omnes usque ad horam tertiam pomeridianam feria sexta, qua mortuus est Christus, inveneris horas 18 ; ubi moraliter disce quam tempus passionis Christi et Christianorum sit breve, tempus vero resurrectionis et glorie longum, quia exterum. Tam liberalis est Deus, tam modica est

passio, tam longa merces et gloria : « Momentum est quod cruciat, eternum quod delectat. » Christus per 18 horas passus est, sed in eternum erit gloriatus.

Secundo, Christus moriens hora tercia pomeridiana, illuc quoad animam descendit in infernum, corpus vero a cruce depositum fuit lotum et sindone involutum, ita ut noctem (erat enim nox sabbati, in qua quiescendum erat Iudeis ab omni opere) sepultus sit. Quare fuit in inferno per 36 circiter horas (in sepulcro vero 33) : tot enim sunt si numeres tres horas residua a tercia pomeridiana, usque ad noctem feria sexta, et horas 24 sabbati, ad novam noctis dominice. Videatur enim Christus resurrexisse post medianam noctem ante auroram, puta sub horam nonam noctis : nox enim erat tunc aquila diei, puta 12 horarum, quia erat circa quinoctium. Quare mirum est S. Augustinum, lib. III De Trinit., cap. vi, a morte Christi usque ad ejus resurrectionem numerare 40 horas, a sepultura vero usque ad resurrectionem 36.

Tertia, Christus illuc ut comparuit in inferno, puta in limbo, Adic, Abrahæ ceterisque patriarchis et Prophetis ostendit non tantum animam suam, sed et defatim ei conjunctam : quare eos visione divinitatis sue beatum; tunc ergo infernos erat quasi colum. Unde Christus iat latroni iure ad Christum in limbo : « Hodie mecum eris in paradiſo. »

Quarto, sub horam nonam noctis Dominicæ Christus cum patribus egressus ex inferno, venit ad sepulcrum, ibique eis ostendit corpus suum totum desiguratum, lividum, cruentum, discissum, etc., pro ipsis, ac mox purgans hoc corpus ab omni llore, sanguine, unguento, etc., rursumque mittens angelos (littere nonnulli opinuntur haec omnia facta esse, non per angelos, sed per ipsam animam Christi, que hanc vim habuit ex unione hypostaticæ cum Verbo : ita Suarez, HI part., t. I, disp. 45, sect. 2) qui sanguinem suum in flagellatione, et per iter sparsum, item pilos vulso, etc., colligunt; cum collectum rursum indidit venis corporis, ac illud anima Christi gloriosa intromis sibiique uniuersa animavit, vivificavit et glorificavit. Gloriam enim suam quasi sol per malos in illud transfudit, praesertim in quinque plagas, quæ clarus ceteris membris resplenderunt.

Quinto, mulis et Patribus, ut Abrahæ, Isaac, Jacob, Mosi, Davidi, etc., suum corpus restituit, ut eos participes faceret sue resurrectionis et glorie, ejusque testes apud Judeos, ut patet Matth. xxvii, 33.

Sexto, Christus resurrexit penetrans lapidem tegenteum sepulcrum. Mox descendit angelus terre motu excitans lapidemque a sepulcro removens, ut custodes excitarunt et mulieribus adiunctis ad sepulcrum palefacerent.

Septimo, mox apparuit gloriosus B. Virginis

matri sue, eique ostendit Patriarchas, qui jam resurrexerant, qui omnes eam honorifice salutantes miro repleverunt gaudio. Deinde apparuit S. Magdalena perseveranti apud sepulcrum, etc.

Tropologicæ : disce hic, quam religiose sepulera et reliquias Christi, Martyrum aliorumque Sanctorum venerari, ornare et colere debeantur. Causas quatuor punctum assignat S. Ambrosius, serm. De SS. Nazario et Celso : Honoro, inquit, in carne martyris exceptas pro Christi nomine ciecatrices. Honoro viventis memoriam perennitate virtutis. Honoro pro confessione Domini sacramenta cineres. Honoro in cineribus semina aeternitatis. « Non sunt confundentes, ait S. Augustinus, corpora justorum, quibus tanquam organis et vasis ad omnia opera bona Sanctus unus est Spiritus. » Vide S. Chrysostomum, hom. ult. in epist. ad Romanos, in Morali.

Vers. 2. ET ECCE TERRE MOTUS FACTUS EST MAGNUS.

Terra
ANGELUS ENIM DOMINI DESCENDIT DE COELO; ET
Gress
ACCEDENS, REVOLVIT LAPIDEM, ET SEDEBAT SUPER
Primæ EUM.

— « Terre motus. » Cur? Respondeo : Primo, ut eo significaretur potentia, gloria et magnificencia Christi resurgentis, quasi Dei, qui nuto concutit orbem, dominantis inferis, celo et terra. Terre motu enim Deus in Sime et alibi suam presumptum et potestim ostendit; juxta illud : « A facte Domini mota est terra. » Psal. cxiii,

7. Et : « Deus cum egredieris in prospectu populi, cum pertransires in deserto, terra mota est », Psal. lxvi, 8.

Secundo, ut mulieres angelum non tantum ex sua augusta luce et specie, sed ex hoc terra motu agnoscerent, faciliusque resurrectionem Christi ab angelis nuntiantem credenter; presertim quia hoc terra motu angelus revolvit lapidem ab ostio sepulcri, ut mulieres illud ingredientur, ac vacuum sepulcrum cernentes Christum resurrexisse scirent. Ita S. Chrysostomus, Augustinus, Theophylactus et alii.

Tertio, ut milites sepulcri custodes nocturno frigore torpentes, vel dormientes excitarentur, ec tes est Christum divina virtute rursum resurrexisse ; ut timore terre motus erexit, ac Euthymius, et horro eius qui lapidem revolverat consternati fugerent, et hoc Iudeis nuntiarent, ac testes ipsi ficerent veritatis. »

Symbolice : terra, quæ in Christi morte pre horro contremuit, in ejus resurrectione prægaudio quasi subsiliuit, ac resurgentem congratulata applausit. Sic in S. Paulini Nolani Episcopi et aliorum Sanctorum felici morte et transitu in celum, legimus terram concussam exiliisse. « Magnus adeo, ut unceta concurset, et eversio nem terra funditus minaretur. » ait S. Hieronymus. Sic in morte Christi tota terra contremuit, ut dixi cap. xxvii, 31.

ANGELUS ENIM DOMINI. — Tis enim significat terra motus qui præcessit, factum per angelum,

ac cum eo revolutum fuisse lapidem. Franciscus Lucas et alii censem hunc angelum fuisse Gabriel, qui iuxta nomen suum administer est fortitudinis Dei, ac ejus opera exequitur. « Gabriel » enim idem est quod fortitudo Dei. Non dubium est plures illi angelos adfuisse, et per triduum custodiisse sepulcrum, ac in eo adorasse sacrum Christi corpus, utpote defatigi hypostaticæ unitum. Si nascetur Christo, cum angelio muniente pastoribus Christi ortum, « facta est mult'inde militia ecclesiæ laudantium Deum, et dicitur: Gloria in excelsis Deo, » Lucæ ii, 13. Sicut enim ibi Christus ex Virgine natus, ita hic e sepulcro resurgens vi spiritus Sancti renatus est, et quasi regeneratus.

Porro, angelus hic apparuit specie juvenis, ut Marcus: Primo, quia juvenis significat angelus ut juvenis, secundo, ut angelus hic representabat Secunda. Christum, qui erat juvenis : mortuus enim est et resurrexit anno etatis 34. Tertio, juvenis significat eum esse validum et bellicosum, ut contra custodes dimicet. Juvenes enim sunt optimi, audacissimi, expeditissimi et robustissimi milites. Unde Poeta :

Ἐργα διόποι, τολμαζετε νέων, βούλατε τηροῦντο.

id est : Opera sunt virorum, bella juvenum, consilia vero senum.

Denique juvenis representat pulchritudinem, vivacitatem, immortalitatem, agilitatem, gloriam corporis glorioosi, quod Christus in resurrectione usurpsit.

ET ACCEDENS, REVOLVIT LAPIDEM — sepulcri Christi, non ut Christus ex eo resurgeret : Christus enim iam ante clause sepulcro illud vi divina per dotem subtilitatis penetrando, resurrexit; sed ut Christum Deum ac Dominum suum iam resurrexisse mulieribus ostenderet, dum eis pandens adiutum ad sepulcrum, illud corpore Christi vacuum monstravit : Christus enim sicut ex clause Virginis utero natus est, sic et e clause sepulcro resurrexit.

Audi S. Augustinum, serm. 138 De Temp. : « Juvenis perfidi, ait, monumenti lapidem signaverunt, ut non haberet Christus egressum : sed quonodo de sepulcro exire non posset, qui ex incorruptionis matris visceribus salva virginitate processit? Felicitus custodes, exiliuit a sepulcro, apparuit discipulis Januus non aperti : inde clausus exiit, huc exclusus intravit. » Sic et Euthymius, Chrysostomus, Theophylactus hic, ac S. Hieronymus ad Hebreos, Quest. VI; Nysenus, orat. 2 De Resur.; Justinus, Quest. CXVII ad Orthodoxos; S. Epiphanius, orat. De Sepultura Christi; Chrysologus, serm. 75; Nazianzenus, tragedia De Christo

phantastica et alii passim. Quare quod S. Leo, epist. 83 ad Monachos Palastinos, ait, Christum, « revoluto lapide, » die tertia surrexisse, et « revoluto lapide » non causam, sed signum, effectum et argumentum non phantasticum sed vera resurrectionis Christi significat. Agit enim contra eos, qui Christum phantasma, ac omnia opera ejus phantastica fuisse dicebant, ut ipse se in sequenti explicat.

Hinc collige contra Calvinum noscosque Novantes, similiter omnipotens posse totum Christum in Eucharistia contineri sub parva hostia. Si enim Christus penetrando lapidem sepulcri potuit esse in eodem loco cum lapide; ergo et in eadem hostia possunt simul esse magna et plura membra Christi. Calvinista, ut huc telum effugiant, respondent lapidem sepulcri instar eare mollefactum defluxisse, itaque Christo resurgentem locum aperuisse et cessisse. Verum ridiculum hoc est eorum figuramentum, ac communum Patrum, Doctorum et Ecclesie sensu, quod Christus et clauso sepulcro resurrexit, ex diametro repugnans. Adde, si Deus potest lapidem durum in mollem eternam vertere, cum non potest et corpori spirituali existendi. Et lapidem penetrandi modum tribue?

**Vest. se-
paleri
lapis,
dona dona** — Putant aliqui duplēcēm fuisse sepulcri lapidem, primum exteriorem, qui exterius sepulcri ostium clauderet; alterum interiorem, qui proprium ipsum sepulcrum obturaret. Sepulcrum enim Christi erat in crypta quasi in camera sive cubiculo, ita ut camera suum haberet ostium, et sepulcrum quoque suum. Ita S. Augustinus, lib. III De Consensu Evang., cap. xxiv; Beda, Borehardus et Maldonatus. Verum Evangeliste non nisi unius lapidis meminerunt, scilicet ejus qui exterius crypte ostium claudebat: interior enim sepulcrum a parte australi patens erat, id eoque ostio et lapide caret, ut illicet ex eius idea, licet Borehardus in *Descript. Terra Sanctae*, contrarium censeat, scilicet lapidem humum clausisse ipsum sepulcrum interior, non cameram exteriorem. Vere Chrysologus, serm. 74: « Lapis, inquit, advolutus probavit mortem, revolutus exitus resurrectionis assertor. » Et Severianus in *Catena*: « Non dicit: Volvit, sed: Revolvit lapidem, quia lapis advolutus probavit mortem, et revolutus exitus resurrectionis assertor. Mortuus hic ordinis rerum. Sepulcrum mortem, non mortuum devorat; dominus mortis mansio fit vitalis; uter nova forma mortuum recipit, reddit vivum. »

Hujus rei typus fuit Semson, qui ingressus Garam, obsessus a Philistis custodientibus portam, media nocte surrexit portas abstulit in montis certicem, quia, ut explicat S. Gregorius, hom. 21: « Redemptor noster ante lucem resurgens, non plus liber de inferno exit, sed et ipsa inferni claustra destruxit; portas tulit et montis verticem subiit, quia resurgendo claustra inferni abs-

tulit, et ascendendo colorum regna penetravit. »

Et **SEDERAT SUPER EUM**, — non quasi fessus ex *Sedēt* labore amovendi lapidem a sepulcro, sed ut ostenderet, *primo*, se esse qui lapidem revolvisset; *secundo*, ut mulieres adventantes placide excepirent, et contra custodes tueretur; *tertio*, ut esset custos sepulcri Domini, » ait S. Hieronymus, ne quis videns illud vacuum, aliud cadaver in illud inferret, itaque diceret Christum non resurrexisse; *quarto*, ut milites custodes terretur, q. d. Vos armati ad sepulcrum vigilatis, ut illud, et Christum in eo quasi clausum, ne resurgere queat, custodiatis: en ego oculis missus illud reservari, ac Christum ex eo clauso vobis invitis resurrexi ostendendi. Accedit ad me, si audietis, et in insurge, ego sedens et securus vos expecto, vosque omnes, si accedatis, levi attacca prosternam et quasi pulices conficiam.

Symbolicas sessiones angeli causas dat hic S. Thomas: « Sedebat, ait, cui nulla inerat lassitudine, ut fidei doctor, ut resurrectionis magister; sedebat supra petram, ut soliditas sedentis daret credibilibus firmitatem; ponebat angelus super petram fundamenta fidei, super quam Christus erat Ecclesiam fundatus. Vel per lapidem monumentum potest designari mors, qua omnes premebantur: per hoc ergo quod angelus super lapidem sedet, significatur quod Christus mortem sua virtute subiicit. » Audi et Bedam: « Sedebat, ut sedendo significaret eum superato mortis auctore sedem regni jam concendisse perpetui: sedebat autem super lapidem revolutum, que ostium monumenti claudebatur, ut claustra inferiorum ipsum sua virtute dejecisset doceret. »

Dices *primo*, quomodo Mattheus et Marcus et *Am. 1* auct. Angelum sedisse, cum Lucas dicat eum stetisse? *Primo*. Respondere: Stare, per hebraismum competit cūlibet situi; tantum enim significat rem esse praesentem, sive recta consistat, sive sedeat, sive jaceat. Sie de Magdalena jacentem ad pedes Christi eosque lavante et ungente, ait Lucas, cap. xii, 37: « Stans retro secus pedes ejus, lacrymis ecceps ritigare pedes ejus, et capillis capituli sui tergebat; » *s. t.* id est jacens. Adde, aliam esse narrationem Matthai et Marci a narratione Luce, ut mox dicam.

Dices *secundo*, quomodo Mattheus ait angelum sedisse super lapidem revolutum, id est extra sepulcrum, ibique visum a custodibus, cum Marcus dicat mulieres non extra, sed introeentes in monumentum, id est intra sepulcrum vidisse angelum. Respondere angelum primo removisse lapidem, qui ostium crypte, in qua erat sepulcrum, claudebat exterior, et tam intulit custodes, qui erant exterior, eos exterruisse, et in fugam compulisse, ne ipsi arcerent feminas ab aditu sepulcri; deinde ingressum esse ipsum sepulcrum, ibique visum a mulieribus, ut eis ostenderet sepulcrum vacuum, id eoque Christum

De Ascens., in virtutem, mortalitas in immortalitatem, contumelia transivit in gloriam. »

Tertio, et magis apposite, fulgor representat *Tertio* zelum, terrorem et iram angelorum, contra impios *Iam*, *te* Judeos et milites custodes sepulcri, volentes roros et impedire Christi resurrectionem: fulgor enim est ira *te* symbolum bellum acris et celoris, ac bellatorum aerium et ardorium. Fulgor enim jungitur cum tonitru, ex eoque quasi flamma erumpit. Unde fulgor dicitur filius tonitri. Gabriel ergo hic in *indussum* ut Mars quidam fulgarum et fulminans, ac suo robore quasi fulmine omnia penetrans, dejiciens, afflans, incinerans, ut custodes percellat. Unde his solis apparuit *ta effulgans*, ut in eos videatur velle inservire; mulieribus vero fulgor hoc attempervit, ac vultum gloriosum quidem, sed blandum et jucundum ostendit. Beati enim apparent singulis ea specie et forma, qua ipsi volunt: quare mulieribus apparuit duxata candidatus, scilicet induitus stola candida, ut habet Marcus, cap. xvi, 3. Sic idem Gabriel Danieli, cap. x, 3, representans robur et victorias Machabeorum contra Androchum Epiphaneum, apparuit fulgurans: « Facies ejus, inquit, velut species fulguris, et osculi ejus de lampas ardens. » Audi S. Gregorium, hom. 21 in *Evang.*: « In fulgere etenim terror timoris est, in nive autem blandimentum candoris: quia vero omnipotens Deus et terribilis peccatoribus, et blandus est justus, recte testis resurrectionis ejus angelus, et in fulgere vultus, et in candore habitus demonstratur, ut de ipsa sua specie terroreret reprobos et mulceret pios. Unde recte quoque populum per deserta gradientes, columna ignis in nocte et columna nubis prebeat in die. In igne enim terror est, in nube autem visionis lene blandimentum: dies vero vita justi, et nox accipitur vita peccatoris. »

Tropologicus: Sancti et angelici predicatorum sint sicut tonitrua et fulgura, que peccatorum vitti tonando et fulminando conferant, afflent et perdant. Sie de S. Basili ait S. Gregorius Nazianzenus in ejus funere: « Tonitru tuus, o Basili, erat sermo, at vita fulgor. » Sie Joannes et Jacobus a Christo vocantur Boanerges, *Marc.* iii, 17, id est filii tonitru, hoc est tonantes et fulminantes contra impietatem et impios. Plures hoc de re dixi, *Apoc.* iv, 5.

Anagogicus: fulgor representat ignem gehennam, paratum impis Iudeis et custodibus Christi hostibus, quia fulgura sunt sulphurea oblonga ignea et sulphur, gehenna autem ardet igne et sulphure, *Apoc.* xx, 9; *Isiae* xxx, 33. Hinc et Sibylla predictit Antichristum ab angelo occidentem et afflandum fulmine, ut dixi *Apoc.* xix, 11.

Et **VESTIMENTUM EIJUS SICUT NIX**, — purum et candidum. Unde Marcus illud vocalit *stolam candidam*, » Lucas « vestem fulgentem. » Candor hic et fulgor significat *primo*, puritatem, innocentiam et castitatem Angelorum; *secundo*, gau-

dium et gloriam resurrectionis Christi, ac praesertim donem claritatis. Audi S. Gregorium, hom. 21 in Evang.: « Quia stola candida cooperitus apparuit, quia festivitas nostra gaudia annuntiavit. Candor enim vestis splendorem nostræ demum sollemnitas. Nostre dicamus, an sue? Sed ut fateamur, verius et sue dicamus et nostre. Illa quippe Redemptoris nostri resurrectio et nostra festivitas fuit, quia nos ad immortalitatem reduxit; et Angelorum festivitas extitit, quia nos revocando ad celestia eorum numerum implevit. In sua ergo ad nostra festivitate angelus in albis vestibus apparuit, quia dux nos per resurrectionem Dominicam ad superna rediucimus, ecclesiæ patriæ damna reparantur. » Vide dicta Ecles. cap. ix, 8, ad illa: « Omni tempore sint vestimenta tua candida. »

Vers. 4.
Custodes sepiet
ab angeli
illis exten-
tis.
4. PLE TIMORE AUTEM EJUS EXTERMINI SUNT CUSTODES, ET FACTI SUNT VELUT MORTUÆ, — id est attor-
ni et stupefacti instar mortuorum, » ait S. Hieronimus, quia fulminantem angelum sibi necis-
tum minitante et quasi vibrantes cerne-
bant. Timabant enim ne ab eo quasi a fulmine afflarentur, necareatur et in cineres redigenter-
tur. Si angelus, solo vulvo fuligine intuendo custodes, adeo eos percutit et stupeficit, quid feci-
set si manus in eos injecisset suumque robur exeruerit? Nam unus angelus hac ratione occidit una nocte 183 milia militum in eastris Sennacherib, Isaiae XXXVII.

Vers. 5.
M. xxi.
6.
5. RESPONDENT AUTEM ANGELUS DIXIT MULIERIBUS:
NOLITE TIMERE VOS. — Dices, quomodo Mattheus et Marcus unum. Junxat angelum a feminis visum dicunt, cum Lucas duos visus asperat, qui rualieres consernat alii verbis quam iis qua-
habet Mattheus et Marcus, consolati sint? Respondo: Aliam esse historiam et narrationem Lucæ ab haec Matthei, ac posterius contigisse, ut inferius ostendam.

MULIERIBUS, — scilicet Magdalena, Marie Jacobi, Joanne et ceteris, ut habet Lucas cap. XIV, 10. Falluntur igitur qui pulani Magdalena, viso sepulcro vacuo, illico recurrit ad Apostolos, ut eis hoc nuntiare, nec vidisse angelos, sed eos duntaxat visus fuisse a Maria Jacobi et ceteris. Joannes ergo, cap. XX, 1, dum solam Magdalenan nominat, eamque ad Apostolos recurrit narrat, sub ea ceteras omnes socias intelligit. Magdalena enim erat dux et choraga omnium. Eva cum diabolo colloquens incurrit mortem, haec vero cum angelo colloquentes invenerunt vitam. Audi Severianum in Catena: « Surgeunte Domino terreni redditur celeste consoritum, et mulieri cui fuerat cum diabolo lethale consilium, fit cum angelo vitale colloquium. » Eam imitantur magi et sage, que cum diabolo colloquentes haurient mortem: Magdalena vero imitantur penitentes, que angelos invocantes vitam nancisuntur.

NOLITE TIMERE VOS. — Id est vos habet empha-

sin: « Cum ait: Vos, inquit S. Chrysostomus, mutum id præ se fert honoris, et simul declarat eos, qui summa audacia facinus illud ausi fuerant parare, nisi respuerint, extrema passuros esse. Non enim vestrum est, inquit, metuere, sed illorum qui crucifixerunt. » Et S. Gregorius, homil. 21 in Evang.: « Pavem illi, inquit, qui non amant adventum supernorum civium; perlimescant qui carnalibus desideris pressi, ad eorum se societatem pertingere posse desperant. Vos autem ut pertimescatis, que vestros concives videntis? »

Sco enim quod IESUM, qui CRUCIFIXUS EST, QUESTIS. — T. « enim » dat causam, cur, angelus viso, non debent timere, sed exulta et gaudent, quia scilicet utriusque amant et colunt Iesum crucifixum, eique famulantur et serviant, q. d. Angelus: « Ad illius obsequium veni, ad cuius vos venitis, et unum Dominum habemus, et unam voluntatem, » ait Christianus Drulmarus, qui ante septingentos annos scripsit in Matthæum, sub annum Domini 330, ac Rabano, Angelomo, Si- meoni Metaphrasti et Haymo fuit coœvus.

Nominat crucifixum, tum ut ostendat se non erubescere, sed palam profiteri crucem et crucifixum, sequens ejus esse servum, eo quod crux Christo ejusque assecus summa sit honori et glorie; tum ut significet fructum crucis Christi, scilicet quod ipsi « caput et summa » sit « honorum, » ait S. Chrysostomus, quodque per crucem Christus non solas feminas, ceterosque homines redemerit, sed et angelos exhiberavit, immo eis gratiam et gloriam contulerit, ut censeat graviores Theologum Franciscum Suarez, siue ostendat cap. XVII, vers. 12 et 13. Denique quod per crucem angelos hominibus, et ceteram terræ reconciliari, « pacificans per sanguinem crucis, sive que in terris, sive que in celis sunt, » ait Paulus, Coloss. 1, 20.

6. NON EST HIC; SURREXIT ENIM, SICUT DIXIT: Vers. 6.
— VENITE, ET VIDETE LOCUM UNI POSITUS ERAT DOMINUS. — Mar. xxi.

Syrus, Dominus noster. « Non est hic per presentiam carnis, ait S. Gregorius, qui tamen nusquam debeat per presentiam majestatis. »

SURREXIT ENIM. — Greece τίποτε, id est evigilavit, exsiccatus, expergescatus est a morte, quasi e brevi levique somno, ad vigiliam lucis et vite: τίποτε enim est excito, expergescit, suscitato, ergo. Christo enim mors fuit instans somni; in sepulcro enim per 36 horas quasi dormivit, mox mane diei Dominica quasi expergescitus surrexit. Sic fiet et nobis. Quare siue somnus est brevis quedam mors, sic et mors est longior quidam somnus. Unde Poeta:

Stulte, quid est somnus, gelida nisi mortis imago?

Hinc Paulus, I Cor. xv. vita functos non vocat mortuos, sed « dormientes, » quia scilicet ex somno mortis omnes suscitabimur, et resurgemus ad vitam, die judicii.

Rursum τίποτε, id est evigilavit, sicut arbores

in hieme quasi nudatae et dormientes, evigilant in vere, cum frondere, florere et fructus producere incipiunt. Ita S. Hieronymus, vel quisquis est auctor, in cap. XVI Marci: « Radix, ait, amara crucis evanuit: flos enim vite cum fructibus erupit, id est, qui jacuit in morte, surrexit in gloria; » ac in eadem fideles suos resurgere faciet. Quare, ut ait S. Leo, serm. I De Ascens.: « Quo præcessit gloria capit, eo spes vocatur et corporis. » Ipsa enim « refarmit corpus humilitatis nostræ configurationem corpori claritatem suæ, » Philipp. iii, 21. « Seminarium enim corpus in corruptione, surget in incorruptione; seminatur in ignobilitate, surget in gloria; seminarium in infirmitate, surget in virtute; seminarium corpus animal, surget corpus spirale, » I Corinth. xv, 42. Hoc sibi jugiter proponerunt omnes Martires et Sancti, idque haec pro roboretis quiescentibus labores, eternumas, crucis generose superarunt, quorum primitus fuere Machabeus: lego eorum gesta et dicta II Machab. vii; minimus « spes Christianorum est resurrectione mortuorum, » ait Tertullianus, lib. De Resurrec. Et S. Augustinus, serm. 3 De Ascens.: « Nos, ait, mors Christi vivificavit, nos resurrectione erexit, nos ascensio concecravit. »

SICUR DIXIT. — Urget angelus oraculum et promissum Christi, q. d. Christus quem omnes habuistis ut sanctum et divinum Prophetam, pre-dixit et promisit se a morte die tertia surreceretur. Ergo credit eum surrexisse: nec enim tantus Propheta venturus potuit aut voluit, præsentim cum iam videatis corpus et sepulcrum abiisse et surrexisse, ut ego, qui sum angelus Dei vivi et veri, annuntio et certissimum assevero. Idem predixit ipse per Davidem, Psalm. xi, dicens: « Quoniam non derelinqua animam meam in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem; » quia, ut ait S. Petrus, Act. ii, 24: « Impossibile erat teneat illum ab eo (inferno). »

Porro, Christus prius resurrexit quam ungeretur a mulieribus, ut ostenderet se ea unctione non egere, utpote quia propria virtute resurget. Aliam causam moralem dicit S. Bernardus, serm. 12 in Cant., quod malum hujus unctionis pretium pauperibus quam sibi attribui: « Prinde, inquit, Dominus Jesus paralam sibi confectionem expendi noluit in suo corpore mortuo, ut servaret vivo, id est Ecclesie: ipsa est charius corpus Christi: quod ne mortem gustaret, morti illud alterum tradidit fuisse, nullus Christianus ignorat; ipsum ung, ipsum fovari desiderat, ipsum infirma membra cupit fomentis ac suratinibus relevari: ipsi ergo prelata unguenta retinuit, eum anticipans horam et accelerans gloriam, mulierum devotionem non elusit, sed instruxit. » Exemplum simile recenset S. Hieronymus, epist. ad Rustic.: « Exuperans, inquit, Tolosa episopus, vidue Sareptensis imitor, esurientes pacit alios, et ore pallente jejuniis, fame torquet

aliena, omnemque substantiam Christi visceribus erogavit. Nihil illo ditius, qui corpus Domini canistro vimineo, sanguinem portat in vitro. » VENITE (ingredimini mecum in sepulcrum: nam propter vos ingressuras ego lapidem granum ab eo removi), ET VIDETE LOCUM UNI POSITUS ERAT DOMINUS. — Ut per ocularem inspectionem, ait Chrysostomus, videatis corpus ejus hic non esse, sed ex eo resurrexisse, « ut si meis verbis non creditis, vacuo credatis sepulcro, » ait S. Hieronymus. Angelus ergo prævit viam, et quasi dum introdixit mulieres in sepulcrum cisque illud vacuum ostendit, ut ex eo Christum surrexisse non dubitet.

7. ET CITO BUNTES, DIGITE DISCIPULIS EIUS QUA VERS. 7.

SURREXIT; ET ECCE PRECEDET VOS IN GALILEAM; Mar. xvi.
IEB. EUM VIDETIS: ECCE PREDIXI VOBIS. — « Cito, ut cito levitas et abstergatis discipulorum mororem, conceptum ex morte Christi magistri sui, ac animos eorum moestos erigatis et gaudio repletis per nuntium resurrectionis Christi latissimum. Hoc enim accipere praæ aliis meruere haec mulieres, quia praæ aliis Christi studiose ejus sepulcrum adierunt. Causam symbolicam dat S. Gregorius, homil. 25, dicens: « Quia enim in paradise mulier viro propinavit mortem, a sepulcro mulier viris annuntiavit vitam; et dicta sui vivificatoris narrat, que mortiferi serpentis verba naraverat. Ac si humano generis non verbis Dominus, sed rebus dicas: De qua manu vobis illatus est putus mortis, de ipsa suscepit poculum vita. »

DICITE DISCIPULIS. — Addit Marcus: « et Petro, » q. d. Et Maxime Petro, et imprimis Petro; tum quia Petrus, absente Christo, erat primus et princeps Apostolorum; tum quia Petrus ulti præ ceteris Apostolorum; tum quia Petrus absente Christo diligebat, ita et præ ceteris. Luce enim accipere praæ aliis Christi studiose ejus sepulcrum adierunt. Causam symbolicam dat S. Gregorius, homil. 21 in Evang.: « Quia, inquit, si hunc nominatum non exprimerit qui magistrum negaverat, venire inter discipulos non auderet: vocatur ergo ex nomine, ne desperaret ex negatione. Quia in re considerandum nobis est, cur omnipotens Deus eum quem cuncte Ecclesie præferre disposuerat, ancille vocem pertimescere et seipsam negare permisit. Quod nimirum magis actum esse pietatis dispensatione cognoscimus, ut is qui futurus erat pastor Ecclesie, in sua culpa disseret, qualiter aliis misereri debuisset. Præius itaque cum ostendit sibi, et tunc preposuit exteris, ut ex sua infirmitate cognoscere, quam misericorditer aliena infirmitate toleraret. »

PRAECEDET. — Id est præcedere decrevit, destinatus et de facto præcedet per dotem agilitatis, quia omnes antevenerit. Unde Euthymius: « Praecedet, » ait, id est « prævenient vos, » prius illi erit quam vos.

IN GALILEAM. — Cur? Respondeo: Primo, quia Galilea erat Apostolorum patria, in quam ipsi post mortem Jesu redire cogitabant, ut apud suis commodi et tutius agerent. Secundo, quia Pro-
fessio in Gallia erat, et hoc est, quod est, et hoc est.

In Galilaea volebat se Christus omnibus discipulis convocatis et congregatis palam ostendere : hos enim Iudei in Iudea congregari non permisissent : nam ipsi perpetuo Christum ejusque Apostolos fuerant persecuti, ut patet *Ioann. xi.*, 8 et seq. Unde Apostoli aversabantur Iudeos et Iudeam, cupiebantque redire in Galileam, ne in Iudea Iudeorum metus perturbaret, ait S. Chrysostomus. *Tertio*, quia in Galilea plerumque praedicaverat et miracula plurima patravat Christus. Jubet ergo Apostolos ex redire, ut ex locis ipsiis, in quibus praedicaverat, suorum dogmatum et miraculorum recordentur.

Symbolice : audi S. Gregorium, hom. 21 : « Galilea namque nota transmigrationem a morte ad vitam. Jam quippe Redemptor noster a passione ad resurrectionem, a morte ad vitam, a pena ad gloriam, a corruptione ad incorruptionem transmigraverat. Et prius post resurrectionem in Galilea a discipulis videtur, quia resurrectionis ejus gloria post leti videbimus, si modo a vitiis ad virtutem celstitudinem transmigramus. Qui ergo in sepulcro nuntiatur, in transmigratione ostenditur; quia est qui in mortificatione carnis agnoscatur, in transmigratione mentis videtur. » Sed de Galilea rursum dicendum vers. 17.

Apparuit tamen Christus Apostolis quoque in Iudea, sed clam et obiter, ut mox videbimus : in Galilea vero publice et diu. Audi S. Hieronymum, epist. 130 ad *Hedibum*, Quæst. VII : « In altero (in Ierusalem) pro consolatione timentium videbatur, et videbatur breviter rursumque ex oculis tollebatur; in altero (in Galilea) autem familiariter erat et perseverantia, ut cum ipsis pariter vesceretur. Unde et Paulus Apostolus refert eum quingentis simul apparuisse discipulis, 1 Cor. xv. 6.

Hic jam ordine historico intexenda sunt quae habet Lucas, xxiv, 3, minirum Magdalenum cum sociabus, dum invitante angelo ingressus Christi sepulcrum, viderent illud vacuum, corpusque Christi abesse, partim ex ejus absentia, partim ex aspectu duorum angelorum ibi apparentium, vultum dejecisse et conservantes fuisse : quare angelos earum timorem et consernationem exessire, et simul earum diffiditiam, quod angelo priori dicens Christum resurrexisse non plane credidissent, duriuscula incipitatione castigasse. Illam enim Lucas narrationem non eamdem esse cum hac Matthæi et Marci, ut nonnulli putant, sed diversam, liquet ex ipsis verbis que plane diversa sunt; item ex quod in Luca duo angeli apparuissent dicuntur, bie vero in Matthæo et Marco unus duntaxat. Audi Lucam : « Et ingressus non invenerunt corpus Domini Jesu. Et factum est, dum mente consternate essent de isto, ecce duo viri steterint secus illas in veste fulgenti. Cum timerent autem, et declinarent vultum in terram, dixerunt illas : Quid queritis viventem cum

mortuis? non est hic, sed resurrexit : recordamini qualiter locutus est vobis, cum adhuc in Galilea esset, dicens : Quia oportet Filium hominis tradiri in manus hominum peccatorum, et crucifici, et die tercia resurgere. » Greco est, *τοῦ λόγου ἡ πρώτη*, id est in vestibus fulgorantibus et instar fulguris coruscantibus, ut ex iii agnoscerentur non esse homines, sed coelites, ac simili Christi resurgentis et de morte triumphantis gloriam representarentur. Vide dicta vers. 3.

8. ET EXIERUNT CITO DE MONUMENTO CUM TIMORE *Vers. 8.*
ET GAUDIO MAGNO, CURRENTES NUNTIARE DISCIPULIS *Lac.*
EJUS. — « Cum timore, » id est cum sacro horrore *Act. 26. 8.*
quem spirabat tum Christi sepulcrum, tum an- *Act. 26. 8.*
geli fulgurantes, tum resurrectio Christi eis ab *Ioann. 21. 2.*
angelis nuntiata, que eis upote de Christi morte *Act. 26. 8.*
incessis, deque eo ungendo cogitabilibus, utt inopinata, ita pene incredibilis accidit : quare novus *Act. 26. 8.*
accessit timor, ne forte haec angelorum visio *Act. 26. 8.*
phantasticum esset spectrum, quod illas deludebat, *Act. 26. 8.*
et a Christo corpus furo substatum fore.

Et GAUDIO MAGNO, — quoniam angelos vidissent, et tam latum ab eis resurrectionis nuntium acceptisset. Habant ergo alterantes animi motus timoris et gaudii, inter se confligentes et dimicantes, ut patet in ex seq. Ita S. Hieronymus : « Duplex, ait, mentes mulierum tenebat affectus, timoris et gaudii : alter de miraculi magnitudine, alter ex desiderio resurgentis. » Et Euthymius : « Cum timore, ait, ob admiranda que videbant; cum gaudio vero, ob latum nuntium quod auterantur. »

CURRENTES NUNTIARE DISCIPULIS EJUS. — Quomodo et quid nuntiarunt, facit Matthæus, sed explicant Joannes et Lucas; verum diversimode. Joannes enim ait, Magdalenum redecentem tantum dixisse Petru : « Tulerunt Dominum meum de monumento, et nescimus ubi posuerunt eum. » Lucas vero ait, illas omnia visa et auditæ, ac per consequens effam visionem angelorum, narrasse Apostolis.

Dices : Unde haec diversitas? Respondeo : Ex eo quod haec mulieres erant pavidae et dubiae, ut iam dixi, idque nemini in via quidquam dixerunt, ut habeat Marcus. Haec quia ipsa non certo et firmiter credebant Christum resurrexisse, quod tamen ab angelis audierant; hinc alterantes earum cogitationes, similes et alterantes emitunt voces; modo enim visionem angelorum referunt, modo suam sententiam eloquuntur, qua putabant corpus Domini e sepulcro a quopiam esse sublatum. Hoc posterius, quia ab aliis Evangelistis prætermissem erat, idcirco solus idipsum narrat Joannes.

Hic ergo ordine historico inserendum est quod recenset Joannes, xx, a vers. 2 usque ad 19. Verba ejus in pauca contraham, ut ordinem rei geste assignem, per quem inter se conciliantur Evangelistæ, qui aliqui videtur implixi et inter se diversi, immo contraria. Ordo hic fuit : Magdalena

cum sociabus visis auditisque angelis, e sepulcro cucurrit et rediit in Ierusalem, ut visa et auditæ nuntiaret Apostolis, his auditis, mox Petrus et Joannes cucurserunt ad sepulcrum; secuta est currentes Magdalena cum sociabus; Petrus et Joannes ingressi sepulcrum Christi, visis duntaxat ejus *linteis*, mirantes domum redierunt. Redeentes secutæ sunt sociæ Magdalene; sed Magdalena ipsa manut apud sepulcrum ploras ex metu et desiderio inveniens corporis Christi. Quare subinde respectans in monumentum, vidi duos angelos reverentiam exhibentes Christo, qui erat a tergo Magdalene. Magdalena ergo vertens se ut videbat quis esset a tergo, cui reverentiam exhibebant angelii, vidi Iesum specie hortulanum, ac audita ejus solita compellatione, « Maria, » eum agnivit pedesque ejus temuit, etc, que in Joanne explicanda sunt.

Prima ergo sola Magdalena, ut est in Marco, vidit Christum resurgentem, utpote que amore Christi præ ceteris ardebat, idque ejus sepulcro individualiter adhucbat. Mox, Christo jubante, Magdalena ceteras mulieres abentes festino gradu subsecuta et assecuta, ibi cum eis rursum Christum vidit et audivit salutem. Ita S. Chrysostomus, Hieronymus, Theophylactus, Euthymius et alii. Unde sequitur :

9. ET ECCE JESUS OCCURIT ILLIS, DICENS : AVATE. ILLE AUTEM ACCESERUNT ET TENEBRANT PEDES EJUS, ET ADORARERUNT EUM. — Sicut post aulicos sequitur rex, post sacerdos Pontifex; sic hic post angelos sequitur Christus, ac resurrectionem suam, quam angelis verbis asseruerant, ipso facto ostendens se rediuvum pīs feminis confirmat. Volebat enim angelos ad hoc sternere sibi viam, tum ut illic illa credenter ipsum resurrexisse, tum ne, si sine premonitione, ex inopinato se gloriosum eis spectandum exhiberet, eas percellet et examinaret.

Occurrat. — Quia ipsa præ viris ipsum quererant magno pietatis affectu et desiderio. Qui enim Iesum ardenter querit, Iesum sibi amanter occurrentem inventit, iuxta illud : « Petite, et dabunt vobis; querite, et invenietis, » Matth. vii, 7. Ita S. Hieronymus : « Que sic, inquit, querabent, que ita curabant, merebant obvium habere resurgentem Dominum, et primum audire Ave, ut maledictum Eve mulieris in mulieribus subverteretur. » In quam sententiam et Hilarius : « Quod primum mulierculæ Dominum vident, salutantur, genibus advoluntur, nuntiare Apostolis jubentur, ordo in contrarium cause principalis est redditus, ut quia a sexu isto copia mors esset, ipsi primum resurrectionis glorie et visus, et fructus, et mutus redderetur. »

Et ADORARERUNT EUM — latra, quasi verum Messianum, sive Christum Del Filium, qui in deitatem sue humanitatem suam e morte suscitasset, ut ipse vivens eis predixerat. Visio ergo resurrectionis Christi illustravit, confirmavit auxilium fidem divinitatis ejusdem ac celrorum mysteriorum, que a Christo dum vivere docente audierant, sed non plene intellexerant. Quare cum Thoma, si non ore, certe corde dixerunt : « Dominus meus, et Deus meus. »

10. TUNC AIT ILLIS JESUS : NOLITE TIMERE, IVE,

NUNTIATE FRATRIIBUS MEIS UT EANT IN GALILEAM; IBI

VIDEPTM. — « Nolite timere; » visio enim re-

rum supernaturalium et celestium, ut erat re-

surrectio Christi, naturam ipsam intuentium eorumque oculos et animos concutit eisque timorem et horrorem sacrum injicit. Vnde S. Hieronymus: «Et in veteri, ait, et in novo Testamento hoc semper observandum est, quod, quando angustior aliqua apparuit visio, primum timor pellitur, ut sic mente pacata possint, que dieuntur, audiiri.»

ITB. NUNTIATE FRATRIBUS MEIS. — Christus jam gloriatus miris benignitate, ad dandum nobis humiliatis exemplum, dignatus discipulos suos vocare «frates» ad eorum consolationem, ut eos nostros et dejectos in spem animunquam erigat, q. d. Dicte Apostolis, qui filii sunt unius ejusdem mecum Dei Patris, sed adoptivi per gratiam, cum ego sim filius naturalis per deitatem, quam ab eo accepi qua Deus, et per unionem hypostaticam cum deitate quam ab eo accepi qua homo. Causam dat S. Chrysostomus, et ex eo Euthymius: «Mulieribus autem, inquit, pro Apostolis usus est ad Apostolis, honorans genus quod ex servitatis seductione infame factum fuerat. Et quia mulier vira facta est causa mororis, nunc mulieres sunt virtus magni gaudii.» Perperam ex hoc dicto Christi collegit Lutherus, feminis quoque licere concionari: aliud enim est nuntiare, aliud concionare. Quod si Christus Magdalene dixisset: Concionare, ipsa concionari potest et debuit.

IBI ME VIDEBUNT. — q. d. In Galilee familiiter, crebro, dit, palam et libere mea visione fruentur, mecum ore ad os colloquenter et agent: in Judea non ita, et si ibidem eliam quandoque

Christus eiis apparuit sim. Nam in Judea Christus ipso die resurrectionis, sive Paschatis, sexies horum digne apparuit. **Primo**, apparuit matri sua Virginis Deipare, ut docet S. Ambrosius, lib. *De Virgin.*, post principium; S. Anselmus, lib. *VI de Excellentia Virginis*; Rupertus, lib. *VII Diein. Offic.*, cap. *XXV*; Bonaventura in *Vita Christi*, cap. *LXXXV*. Estque hic communis Doctorum et fidelium sensus, quem evincit tum Virginis precedentes dolor de passione et morte sui unigeniti, item merita et dignitas tanta matris; tum amor et pietas tantu filii erga tam matrem. **Secundo**, apparuit Magdalene apud sepulcrum, *Marc.* *xvi*, *9*, et *Joan.* *xx*, *16*; **tertio**, apparuit eidem cum ceteris mulieribus redeundibus Ierusalem, in via, *Matth.* *xxviii*, *9*; **quarto**, apparuit Petro, *Lac.* *xxiv*, *34*; **quinto**, duobus discipulis eunitibus in Emmaus, ibidem; **sesto**, omnibus, puta decem Apostolis: Thomas enim aberat, Judas vero se suspendebat, ergo ex duodecim soli restabant decem, *Lac.* *xxv*, *36*.

Post diem Paschatis vero, **primo**, apparuit undecim Apostolis presente jam Thoma ipsa octava Paschatis, quem jam vocatur Dominicus in Albis, *Joan.* *xx*, *26*; **secundo**, apparuit septem discipulis, inter quos erant Petrus et Joannes, piscantibus in mari Galilee, *Joan.* *xxi*; **tertio**, apparuit in monte Galilee multis, imo plusquam quingentis

fratribus, id est fidelibus, *Matth.* *xxviii*, *10*, et *I Cor.* *iv*, *6*; **quarto**, apparuit Jacobo fratri Domini, ibidem; **quinto**, apparuit omnibus Apostolis alisque fidelibus in monte Oliveti, ascensu in celum, *Actor.* *i*, *9*; **sesto**, apparuit Iosephus cum eum fecit Paulum, *Act.* *ix*. Alias septuaginta apparuit Christus, sed illas ejus apparitiones subtiliter. **Evangeliste.**

14. QUE CUM ABUSSENT, ECCE QUIDAM DE CUSTODIBUS VENERUNT IN CIVITATEM, ET NUNTIARUNT PRINCIPIBUS SACERDOTIBUS OMNIA QUE FACTA FERBANT. — Hinc collige milites sepulcri custodes, viso angelo fulgureo amovente lapidem, percusso diffugisse sequo post sepe abdicuisse, ibique stupefacti et pene examinatos quasi immobiles hessisse, ut se loce movere non possent, nec auderent, idque Dei consilio, ut ipsi ex latibris hisce viderent et audience omnia que de Jesu resurrectione angeli dicebant mulieribus, ut ipsi eadem pontificibus referent, itaque furentur multii resurrectionis Christi. Quocirca custodes hosce, utpote in sepibus absconditos, nec viderunt mulieres, nec Petrus et Joannes a mulieribus ad ducti ad sepulcrum. Sed postquam omnis illa angelorum visio disparuit, cum iam mulieres et sepulcro in Ierusalem abiissent, u' ut hic Mattheus, milites hiuc usque timore et stupore quasi colligati, sibi redditum sunt, ac ad se reduntantes adiuncti sepulcrum, illudque vacuum videntes, consilii inter se initio, aliquos e suis miserunt ad pontifices, qui haec omnia a se visa et auditia iis narrarent, tum ut custodie sue rationem ipsis redderent, ostenderent, quoniam sua incuria et culpa non accidisse, quod Christi corpus e sepulcro abiicerit, eo quod ipsi contra homines pugnare solarent, at contra celitus dimicare nequeriverint; tum ut disciperent pontifices, quid in futuro haec in facti sit opus.

12. ET CONGREGATI CUM SENIORIBUS, CONSILIO ACCEPTO, PECUNIAM COPIOSAM DEDERUNT MILITIBUS. — Vide hic perversitatem pontificum et seniorum, qui non contenti «brutum vivum occidisse, cum post mortem persecutur», ac resurrectionem eum erga tam matrem. **Secundo**, apparuit Magdalene apud sepulcrum, *Marc.* *xvi*, *9*, et *Joan.* *xx*, *16*; **tertio**, apparuit eidem cum ceteris mulieribus redeundibus Ierusalem, in via, *Matth.* *xxviii*, *9*; **quarto**, apparuit Petro, *Lac.* *xxiv*, *34*; **quinto**, duobus discipulis eunitibus in Emmaus, ibidem; **sesto**, omnibus, puta decem Apostolis: Thomas enim aberat, Judas vero se suspendebat, ergo ex duodecim soli restabant decem, mandaci, sicuti ante triginta argenteos dederant

Judee proditori.» Vide hic gradus peccatorum, quibus peccatores profundus descendunt assidue, donec in infernum ruant: unum enim peccatum, nisi penitentia delectatur, trahit ad aliud et aliud donec hominem trahat ad tartara, iuxta illud, *Isaie* *v*, *18*: «Ve qui trahitis iniuriantem in luniculis vanitatis, et quasi vinculum plastrum peccatum.» Vide ibi dicta de funibus quibus peccata peccatis colligata sunt.

13. DICENTES: DICITE QUA DISCIPULI EIUS NOCTE VENERERUNT ET FURATI SUNT EUM NORBI DORMIENTIBUS. — Infuere hic quam caeca sit pontificum perversitas: nam per eam auxerunt resurrectionis Christi famam et fidem, quam combatanter extinguere, ait S. Chrysostomus. Dicunt enim *ab initio*, et incredibilia. Nam *primo*, ait Remigius, «Si custodes dormierunt, quoniam fortunum videbunt?» Et S. Augustinus in *Psal.* *lxiii*: «Dormientes, ait, testes adhibiles. Vere tu ipse obdormisti, qui scrutando talia decisti.»

Secondo, discipuli Christi pavidi fugerunt, et de sua salute solliciti in latibra se abdiderunt: quoniam ergo ausi fuisse Christi corpus rapere, quod sciebant a tot militibus custodiari? Magna ergo caecae fuit malignitas seniorum, qui, ut ait Severianus in *Catena*, «non contenti interfecisse magistrum, discipulos etiam perdere moluntur, ut scilicet in eos quasi Jesu, rei a se damnati, fures Pilatus populi capitio animadverterent.»

Tertio, incredibile est milites Romanos adeo fideles et vigiles, ad unum omnes apud Christi sepulcrum obdormisse, presertim, cum scirent de capite suo agi. Et esto nimis obdormissent, sane excitati fuissent strepitu lapidis grandis, qui et sepulcro ab Apostolis raptoribus corporis Christi amovendus erat, ac corporis Christi adeo magni compositione, involutions et exportatione. Ita S. Chrysostomus: «Quoniam, inquit, furarunt, qui nee apparere audebant? et si vivum adhuc videntes fugerunt, quoniam eo potius milites non timuerunt? et quare non prima potius nocte furati essent, quando nemo aderat? et si essent furati, an sudarium reliquerint? an in exceduo morarentur? Certe confirmant isti resurrectionem: confidentur enim corpus non esse in sepulcro: non esse autem sublatum, ostendit custodia militum et pavor discipulorum. Ergo mentita est hic in «vita sibi». Quocirca vero et acute Severianus: «Discipulorum crimen esse faciunt, ait, virtutem magistri. Plane amiserunt milites, perdidérunt Iudei: sed discipuli magistrum suum non furto, sed fide: virtute, non fraude; sanctitate, non criminis; vivum, non mortuum sustulerunt.» Porro Severianus hic fuit Episcopus Gabellensis, vir eloquentissimus, de quo Gennadius, lib. *De Viris illustr.* Fuit coeveps et familiarius S. Chrysostomi cuius invitatim subinde Constantinopoli concionatus est. Extat eius concionatum. V. Operum S. Chrysostomi.

Dices: Quoniam custodes non timuerunt Christi resurgentis et angeli fulgurei quem viderant, vindictam tanti sui mendacii, immo manifestant ejus confusionem, quod scilicet Christus se redivivum publice ostenderet? Respondeat Jansenius: Pontifices eis persuasisse Christum non resurrexisse ad vitam communem et corpoream, ut hominibus visibilis appareret, sed ad spiritualem, ut cum angelis ageret; aut certe non in Iudea, sed in Galilee suis Galileis dumtaxat appariturum. Verum planius dicas milites execratos fuisse autoritate pontificis, et sua avaritia sitique pecuniae, aequae ac Iudas, qui erat Apostolus Christi. Quare in auro presenti habentes deficos oculos et mentem, non cogitabant, nec metuebant vindictam, presertim cum nullam tamē vim angelii ad sepulcrum exhiberant experti fuissent.

4. **ET SI HOC AUDIUTUM FUERIT A PRESIDE, NOS SUSCIDIEMUS HI, ET SECUROS VOS FACIEMUS.** — «Suscidemus», id est persuadebimus Pilato somnum et negligientiam vestram in corpore Christi custodiendo esse leven et venia dignam, nec ex ea quippe malis accidere posse: scit enim ipse nostrum, non ipsis causam hic agi, adeoque ipse in nostri gratiam, contra suam conscientiam Jesus damnavit ad crucem; si tam mollis fuit in Iesu ad nostram instantiam iniuste damnando, multo molliorem se exhibebit in vobis ad nostram instantiam absolvendi. Verum milites hosce Pilato secreto hume faciem et rem totam delexisse, ac Christi resurrectionem corfirmasse, idque Pilatum ad Tiberium Cesarem scripsisse, qui proinde Christum inter dicos referre voluerit, ita ex ipsius Platii actis narrat Hegesippus in *Anaphorais*: «Iudeorum principes, inquit, mihi menteientes asserabant Iesum magnum esse, et contra legem eorum agere. Ego autem credidi ita esse, et flagellatum tradidi arbitrio eorum. Illi autem cruxfixerunt eum, et sepulcro custodes adhibuerunt. Illi autem, militibus meis custodiens, die tertio surrexit. In tantum enim exarist nequitia Iudeorum, ut darent pecuniam custodibus, et dicentes: Dicite, quia discipuli ejus corpus ipsius rapuerunt; sed cum accipisset pecuniam, quod factum fuerat facere non potuerunt; nam et illum surrexisse testali sunt se vidisse, et se a Iudeis pecuniaria accepisse. Hoc ideo ingessi, ne quis altera mentiat et existimet credendum esse mendaciam Iudeorum.»

Pilatum autem haec retulisse ad Tiberium Cesarem, docent quoque Tertullianus in *Apolog.*, cap. *v*; et Eusebius in *Histor.*, lib. *II*, cap. *ii*, et in *Chronico*, anno Christi *38*, quem audi: «Pilatus de Christianorum dogmate ad Tiberium referente, Tiberius retulit ad senatum, ut inter cetera sacra recipetur. Verum cum ex consulo patrum Christianos eliminari urbe placuissest, Tiberius per edictum accusatoribus Christianorum comminatus est mortem.» Et Orosius, lib. *VII*, cap. *IV*: «Pilatus, ait, ad Tiberium Imperatorem

retulit de passione et resurrectione Christi, consequentibusque virtutibus, que vel per ipsum palam facte fuerant, vel per discipulos ipsius in nomine ejus fibabant, et de eo quod certatim crescente plurimorum filie Deus crederetur. »

15. AT ILLI, ACCEPTA FECUNDA, FECERUNT SICUT ERANT EDOCTI. ET DIVULGATUM EST VERBUM ISTUD APUD Iudeos, usque in hodiernum diem; scilicet apud plebeios et eos qui parvi erant cerebri: nam prudentiores facile fucum humo deprehenderunt, et a militibus rem tamet secreto indagabant; quin Longinus centurio palam militibus resistit, et Christum resurrexisse asseruit, ideoque pro eo martyr occubuit, ut habet eis Vita die 15 martii. Maxime vero fucus humo confutatus est ab Apostolis, affirmantibus Christum redivivum iis apparuisse, idque per miracula multa confirmantibus, ideo ut fides resurrectionis Christi a tolo quasi mundo recepta et credita sit. « Quod enim in Iudea Iudeus obscurauit auro, inquit Severianus, fide, toto claruit in mundo. » Idem diserte confutatus est a Josephe, licet gente et secta Judeo. Audient eum Iudei, snoque Hebreo credant, qui nolunt credere Christo. Sic enim scribit, lib. XVIII Antig., cap. IV: « Eodem tempore fui Jesus, vir sapiens, si tamen virum eum fas est dicere. Erat enim mirabilum operum prator, et doctor eorum qui libererat vera suscipiunt, plurimosque tam de Judeis quam de Graecis sectatores habuit. Cibis hic erat: quem accusatum anostre gentis principibus, Pilatus cum addixisset cruci, nihilominus non desisterunt eum diligere qui ab initio cooperarent. Apparuit enim eis tertia die vita, ita ut divinitus de eis vates hoc et alia multa miranda predixerant; et usque in hodiernum diem Christianorum genus ab hoc denominatum non deficit. »

16. UNDECIM AUTEM DISCIPULI (Judas enim duodecimus jam se suspenderat) ABIERUNT IN GALILEAM, IN MONTEM UBI CONSTITUTERAT ILLI JESUS. — Mattheus, omissione ceteris Christi apparitionibus, illam duntaxat recenset, que facta est in Galilea, tum quia illam promiserat angelus vers. 7, ac Christus vers. 10; tum quia illa celebris et publica fuit coram 300 fratribus, ut ait Paulus, I Corint., xv, 6. Nam ad eam ex Christi precepto convocati sunt omnes discipuli, quos plurimos habebat in Galilea, quia ibi tutores erant ab eis et persecutio Iudeorum, quam in Iudea, ait Chrysostomus et Euthymius.

IN MONTEM. — Certum est hunc montem non fuisse Oliveti, ex quo Christus in celum coram discipulis ascendit, ac proprie de illa apparetione hic non agi. Nam mons Oliveti in Iudea est, non in Galilea. Lyranus, Dionysius Carthusianus, S. Bonaventura, Jansenius et alii verisimiliter suspicuntur montem hunc fuisse Tabor, ubi primus Christus transfiguratus gloriatus suam ostenderat Petro, Jacobo et Joanni, Matth. XVI. mystice S. Hieronymus: Galilea, inquit, erat

omnium vitiorum voluntarium, ubi ante error et lubricum; ideoque oportuit eam Christi presentia et gloria illustrari, juxta oraculum Isaiae, ix, et 2, Rursum Beda, in hom. 2: « Jam, ait, Dominus de morte ad vitam, de corruptione ad incorruptionem transierat: Galilæus enim idem est quod transmigratio. » Unde vtiessa: « Nos, ait, si a virtutis ad virtutes migremus, resurrectionis gloriam videbimus. »

Allegorice S. Augustinus, lib. III De Consensu Evang., sub finem: Galilee, inquit, idem est quod transmigratio, a radice γῆ gala, id est migravit, quia Christi gratia de populo Israel transmigratura erat ad Gentes. Unde de eis ait: « Prececedit vos in Galileam; » quia Apostoli predicationibus Evangelium non crederetur, nisi eis ipse Dominus apparuisse, idque per miracula multa confirmantibus, ideo ut fides resurrectionis Christi a tolo quasi mundo recepta et credita sit. « Quod enim in Iudea Iudeus obscurauit auro, inquit Severianus, fide, toto claruit in mundo. » Idem diserte confutatus est a Josephe, licet gente et secta Judeo. Audient eum Iudei, snoque Hebreo credant, qui nolunt credere Christo. Sic enim scribit, lib. XVIII Antig., cap. IV: « Eodem tempore fui Jesus, vir sapiens, si tamen virum eum fas est dicere. Erat enim mirabilum operum prator, et doctor eorum qui libererat vera suscipiunt, plurimosque tam de Judeis quam de Graecis sectatores habuit. Cibis hic erat: quem accusatum anostre gentis principibus, Pilatus cum addixisset cruci, nihilominus non desisterunt eum diligere qui ab initio cooperarent. Apparuit enim eis tertia die vita, ita ut divinitus de eis vates hoc et alia multa miranda predixerant; et usque in hodiernum diem Christianorum genus ab hoc denominatum non deficit. »

17. ET VIDENTES EUM, ADORAVERUNT; QUIDAM AUTEM DUBITAVERUNT, — non ex undecim Apostolis, sed ex aliis discipulis. Apostoli enim omnes iam tot visionibus et argumentis Christi erant confirmati, ut non dubitarent eum resurrexisse. Aut certe si rō « dubitaverunt » malis referre ad Apostolos, de quibus a praeced. et seq. omnis est sermo, intellige « dubitaverunt », id est iam ante dubitaverant, nunc autem non dubitabant; ponitur enim prateritum perfectum pro plurimum perfecto: hoc enim significat aoristus, qui est in Graeco ἀπέκεινος. Volut enim Mattheus summatim perstringere dubitationem Thomæ et aliorum Apostolorum de resurrectione Christi, antequam sufficienter a Christo apparente esse de ea instruti, quam fusius narrant Lucas, Marcus et Joannes. Ita Theophylactus: « Debet, inquit, sic intelligere, quod, cum venissent in Galileam, adoraverunt eum. Illi autem qui adorarunt in Galilea, primum dubitaverunt in Iherusalem. » Sic et Barradius, Franciscus Lucas et alii. Verum « dubitatio illorum nostram auxit fidem, » ait S. Hieronymus.

Porro, Christus apparet, eadem forma et figura apparet, quam habuit dum vivere, ut ex eis ab Apostolis agnosceretur esse idem, non alius. Ita S. Cyrilus, lib. XII in Joan., cap. XXXIV.

Quocirca dotem claritatis sue abscondit; hanc enim ferre non potuerunt debiles mortalium oculi. Audi S. Augustinum, lib. XXII De Civitate Dei, cap. xix: « Clari as in Christi corpore cum esurexit, ab oculis discipulorum potius abscondita fuisse credenda est. Non enim eam ferret humanus atque inframus adspicetus, quando ille a suis ita debeberit attendi, ut posset agnosciri. »

18. ET ADOCEBENS (vicius et familiarius ostendens se discipulis majestatem Christi reverentibus) JESUS LOCUTUS EST EIS, DICENS: DATA EST MIHI OMNIS POTESTAS IN COLO ET IN TERRA. — Arribicus: Domine sun omni potestate in celo et super terram. Maldonatus et alii probabilitate opinantur haec non esse facta et dicta a Christo; nunc, hoc est cum appareret suis in Galilea; sed in ultima apparetione, quae facta est in monte Oliveti, cum ex eo gloriosus in celum accedit. Videatur enim hic Christus Apostolis ultimum vale dicere ultimata monita et iussa dare, ac eos quasi legatos suos mittere ad evangelizandum per totum orbem, quod fecit in die Ascensionis.

DATA EST MIHI, — scilicet soli, idque tum qua Filius Dei et Deus sum: sicut enim ab aeterno data est mihi a Patre cum essentia divina « omnis » ejus « potestas » et majestas; tum proprie que homo sum, ait S. Cyrilus, Nyssenus, Athanasius et alii. Data est, inquam, mihi inchoativa in incarnatione mea, ob dignitatem unionis hypostaticae cum Verbo; complete vero omnis potestas mihi nunc data est a Deo post resurrectionem, ob merita passionis meæ, quando devicta morte, peccato, inferno et diabolo, quasi triumphant et redemptor hominum, plenum et proximum modi sanguini pretio in eos jus et dominium acquisivi, ut eos propediem et proxime mihi per fidem et gratiam subditos in Ecclesiæ, quæ meum est spirituale regnum, per me et Apostolos congregem regnamque in terra, et coronem beiemque in celo. Hoc Christi universale dominium et regnum fusa describit Daniel, vii, 14, et Apostolus, Ephes. 1, 20; Philip. ii, 10 et seq., et S. Petrus, Acto. x, 36, et S. Joannes, Apocal. xvii, 14. Vide dicta cap. XXVII, vers. 44.

Menit Christus sue potestatis, ut signifiet se ex hac potestate mittere Apostolos ad omnes gentes fideli sua subjugandas. Unde subdit: « Euntes ergo, » etc. Porro Suarez, III part., agens de Christi domino, hunc locum explicat de potestate excellentiæ, Christo qua homo erat, ratione unionis hypostaticæ, in primo conceptionis instanti a Verbo communicata, quam ipse pro temporum commoditate demonstravit, et post resurrectionem perfecte pleneque exercuit.

19. EUNTS ERGO, DOCETE OMNES GENTES (meam fidem et doctrinam Evangelicam. Hic ergo Apostoli a Christo accepérunt tubum Evangelii, ait S. Leo, epist. 81, et prædicandi officium), BAPTIZANTES EOS IN NOMINE PATRIS, ET FILII, ET SPIRITU

EUS SANCTI. — Hinc ex Ecclesiæ traditione constat hanc esse formam Baptismi: « Ego te baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti; » in qua fidem S. Trinitatis et unius deitatis, dicendo: in nomine, non: in nominibus, clara profite mur. « In nomine » enim idem est quod appellatio et invocatio nomine, et per consequens persona, divinitate et virtute trium personarum, que sunt in una eadem deitate; scilicet Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Hoc significat Graecum εἰς τὸν οὐνόματος, id est in nomen, hoc est, invocando nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, ut per baptismum corporis, animam a peccatis abiat et sanctificet per gratiam. Ita S. Hieronymus: « In Nomen Trinitatis, ait, unus Deus est, ut, quorum una est divinitas, una sit largitio. » Et Euthymius: « Unum nomen trium, inquit, denotat unus S. Trinitatis naturam. » Hinc S. Isidorus, lib. VII Elym., cap. iv: « Trinitas appellatur, inquit, quod fiat totum unum ex quibusdam tribus quasi triunitas, ut memoria, intelligentia et voluntas, in quibus mens habet in quadam imaginem divinas Trinitatis: nam cum tria sint, unum sum. » Et S. Bonaventura in I, dist. 24: « Trinitas dicitur, inquit, quasi ter units, vel trius unitas. » Unde contra Arianos, Macedonianos, Nestorianos aliquos hereticos liquet, Filium esse verum Deum et sp̄c̄m̄ Patri, aequaliter ac Spiritum Sanctum, ut passim docent S. Athanasius, Hilarius, Augustinus, Ambrosius et ceteri. His ergo clarissime exprimit Christus mysterium S. Trinitatis, quod Moyses in veteri Testamento obscure adumbravit, ne Iudei rudes, tres personas crederent tres esse deos, itaque plures deos more suu colerent.

Moraliter: disce hic discipuli et Apostoli Christi, in ipso Christi, opus divinum esse, docere et convertere omnes gentes, etiam rudes, rusticas et barbaras. Unde S. Gregorius, hom. 12 in Ezech.: « Nullum, ait, omnipotenti Deo tale est sacrificium, quale est zelus animalium. » Et Richardus de S. Victore: « Nescio, ait, an maius beneficium possit a Deo conferri, quam ut per eius obsequium illi salutem consequantur. » Celestes est illud magni Dionysii Areopagitæ: « Omnia divinorum divinissimum est, cooperari Deo in conversione errantium et reductione peccatorum ad ipsum; et qui visceribus charitatis affluent, puro amore pro universorum salute laborant, recte deiformes et divini, imo divinis nuncupantur. »

20. DOCENTES EOS SERVARE OMNIA QUECUNQUE MANDAVI VOBIS. — Puta omnia precepta, que in Evangelio mandavi; non enim sola fides sufficit ad salutem, sed requiri observatio mandatorum et assidua virtutum operatio. « Non enim auditores legis justi sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur, » Rom. II et III.

ET ECCE EGO YOBISCUM SUM OMNIBUS DIEBUS, US-

QUE AD CONSUMMATIONEM SECULI. — q. d. Elsi ascendam in celum, vos tamen quos milto ut peragretis totum mundum, non deserem. Esto ergo ubique ex meo hoc precepto evangelizetis cum magnis laboribus, penuris, adversitatibus, periculis, persecutionibus, nolite cadere animo, nolite cogitare vos deselatos et a me desertos; ecce enim ego spondeo mihi vobissem semper fore.

VOBISCUM SCUM. — Ium qua Deus, tunc qua homo per presentem open, gratiam, robur, consolationem, directionem, liberationem, quam vobis et vestris successoribus semper afferam, per quam vobis omnia difficilia reddam facila, ait S. Chrysostomus, ut ex omnibus gentibus Ecclesiam, id est fideles et sanctos mihi congregatis. Idque « usque ad consummationem seculi. » Prius mundus hic desinet, quam mea in Ecclesia destinat presenta. Magno ergo animo opus hoc munusque Apostolicum quod vobis injungo, capessite, quia vos visitibler Ecclesiam regelis, ego vero invisibiliter eandem regam et protegam. « Qui usque ad consummationem seculi se cum discipulis futurum esse promitti, ait S. Hieronymus, et illos ostendit semper esse victuros (in suis posteris et successoribus) et se nunquam a credentibus recessurum. »

Nolite, nif Prosper, lib. II *De Vocat. Gent.*, cap. 1, de vestra infinitate trepidare, sed de mea potestate confidite, qui vos in hoc opere non derelinquam, non ad hoc ut nihil palam, sed, quod multo maius est, praestitum ut nulla sevientium crudelitate superemini. »

Hoc est quod Christus iturus ad mortem Apostolis promisit, *Jean. xiv. 16*: « Ego rogabo Patrem, et alium Paracletum dat it vobis, ut maneat vobissem in eternum, spiritum veritatis. » Eadem enim sunt dona Spiritus Sancti et Christi, cum utriusque eadem sit deitas, et consequenter eadem operatio. Opera enim S. Trinitatis ad extra sunt indivisa; et quod una persona operatur, hoc et extera due operantur. Spiritus Sancto tamen qui procedit ut amor, per attributionem congruum appropiantur opera gratiae et sanctitatis. Grace et Syriace additur amen, q. d. Ita certio fiet ut dixi et promisi. Si Christus etiam visibiliter adiuit Paulus, *Act. xxii. 17*, et S. Stephano in martyrio, *Act. vii. 1*. Sic adiuit S. Petro ceterisque Apostolis, Martyribus et Doctoribus. Hoc de causa Christus vocatur « Emmanuel, » id est nobiscum Deus, *Iacob. vii. 1*. Et Ecclesia vocatur civitas Dei. Unde Ezechiel, cap. *XLVII*, vers. ult.: « Nomen civitatis ex illa die, inquit, Dominus ibidem. » Unde Deus per Zachariam, cap. ii, Ecclesie promittit dicens: « Ego ero murus igneus in circuitu, et in gloria ero in medio eius. » Vnde ibi dicta.

Hac praepter de causa Christus voluit in venerabili Eucharistia sacramento jugiter manere in Ecclesia, immo in ecclesiis omnibus et singulis usque ad finem mundi. Sicut enim Christi humanitas

et deitas gloriosa est in celo, adoraturque visitabiliter ab Angelis et Sanctis, sic eadem est in Eucharistia, sed occultata sub speciebus panis et vini, ideoque invisibilis ibique adoratur, immo manducatur a fidelibus, ut earum animabus omne id prestat, quod panis et vinum prestat corporibus, puta omne nutrimentum, omne vigorem, omne robur, omnem suavitatem, omnes delicias, omne gaudium. Quocirca Christus est, qui per singulos sacerdotes dum celebrant, facit quotidie miraculum miraculorum, nimil admirabile illam conversionem panis et vini in corpus et sanguinem suum, quam Theologici vocant *transubstantiationem*: hanc enim nec homo, nec angelus, nec vis errata effere posset. Ipse ergo etiamum actu est sacerdos, dum per sacerdotes singulares Eucharistiam conficit, sequi in ea Deo Patri quasi incurvantem victimam in holocaustum offert, ut dixi cap. *XXVI*, 26, ex Concilio Tridentino.

Tropologice: Christus est in anima et cum anima fideli et sancta, usque ad finem vita, donans ei magnum illud perseverantie donum, quod electos in coelum perducit; ipse enim iustum non deserit, nisi prius a justo deseratur, ut ait ex S. Augustino Concilium Tridentinum, sess. 6. Itaque Christus in anima sancta, *primo*, politice est quasi rex in regno suo, quod secundum leges justicie recte dirigit et moderatur, et quasi dux in exercitu cum robore, ut hostes omnes, puta mundum, carnem et demonem superet et debellat.

Secundo, economico ipse est in anima, quasi pater in domo et familia, quam sapienter ille regit, protegit et ditat. Rursum, ipse in ea quasi navarchus in navi, eam per undas et fluctus humi maris procellosi, id est per tentationes hujus vita periculoso, secure dirigit ad portum salutis aeternae. Ipse est in ea id quod auriga est in curru, ut nos quasi dormientes vehat in urbem et patriam celestem. Unde ei jugiter acclamare debemus, quod Eliseus succlamabat Elie, dum currus igneo raperetur in celum: « Pater mi, currus Israel, et auriga ejus, » *IV Reg. II*.

Tertio, ethice Christus in anima est quasi ratio et prudentia que omnes actiones prudenter dirigunt juxta normam rationis divinae et legis aeternae, que est in mente Dei, ut anima non errores sua concupiscentias, sed dictamina veritatis divine ac rationes aeternas que sunt in mente Dei, ejusque sanctam voluntatem in omnibus et cibique sequatur.

Quarto, physice ipse est in anima id quod anima est in corpore: ipse enim est quasi anima anima, ipsam vita gratiae vivificans, ut anima vivat vitam, non animaliem et carnalem, sed spiritalem et divinam, utique omnes ejus actus ipsius in operatione sint non naturales, sed supernaturales et divini, ideoque meritiori vite et gloria aeterna.

Denique ipse est quasi ignis divinus, animam

flamma charitatis igniens et inflammas. Ipse est in anima id quod sol est in mundo; scilicet ipse est sol coelestis, totum anima nostra orbem luce grafie sue illustrans, vivificans, calefaciens, et bonis virtutibus omnibus operibus fecundans, juxta illud: « Operatur in nobis velle et perficere, » *Philipp. cap. II*; et, « qui operatur omnia in omnibus secundum propositum voluntatis sue, » *Ephes. I*. Ipse est qui verbis nostris vim, vigorem et efficaciam inspirat, ut auditores et proximos nostros a peccatis ad plementiam et sanctificationem convertemus, juxta illud Pauli: « Ego plantavi, Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit, » *I Corinth. III. 6*. Ergo, o anima sapiens et sancta, vicario amore et desiderio occurre Deo tuo: Jesus tuus cupit esse tecum; tu vicissim non nisi cum Iesu esse cupias. Delito ejus si non esse tecum, delicia tua sint esse cum illo. Ab illo ergo sine te regi, flecti et dirigiri, ut regnum ait se regi a rege, exercitus a duce, comus ab herbo, navis a nauclero, currus ab auriga, voluntas a ratione, corpus ab anima, mundus a sole. « Sufficiens tu Deo, sufficiat tibi Deus tuus, » ait S. Augustinus.